Arte parturiendo dolere. Unde apostolus ad galatas: Filioli mei quos iterum
parturio donec formetur christus in vobis.
... populus infidelis vel ... vocatus aliquis qui
non habet veram sapientiam desursum descenden-
tem sed terrenam animalem diabolicam. Non est
deus. Dexpo dicit ereticus vel iudeus qui eum solum
modo hominem putat. Notandum quod dicit insi-
piens in corde suo, cum dicere ad os magis pertineat quam ad cor.
Neque enim corde verba formamus sed ore. Sed dicere in corde est
intra cogitare. Cum autem deus inspector sit cordium et perscrutator
cogitacionum, quecumque in corde cogitamus, deo quodam modo
loquimur, cui non solum verba sed et cogitata corde nostra patent.
Corrupti sunt i. fide primo in corde deinde moribus et opere. Et
abominabiles i. detestabiles. Non est qui faciat bonum i.
in societate scilicet reproborum. Nam hoc de omnibus tantum intelle-
gendum. Deus de celo prospexit super filios hominum i. de apostolorum
predicacione per quem nobis ille celorum arbiter intonuit. Potest et cum
hoc quod de celo dicitur de homine intellegi. Ut videat si est intellegens
aut requirens deum i. ut videre faciat nos atque scire. Nam cum
aliquis ut sciscitetur cogitat et dolet ad malam pro somne deus utique
magis quam omne illius presidens hec cum cogitare facit. Omnes
declinaverunt simul inutiles facti sunt, et equaliter parturit
ecclesia dolentis quippe est hec vox. Non est qui faciat bonum usque
ad unum. Nec unum solum facere bonum. Nam si vel de uno id intellege-
re voluisset preter unum diceret. Sed queri potest cum nemo sit qui bo-
num faciat quis sit qui malos tolerat et pacienter expectat. Hoc igitur
ad homines est tantum referendum non ad deum qui semper agit bonum;

License: cc-by-nc-sa – Lyon, Bibliothèque municipale, 788 (olim 706), LyonBM788_090_48V – Fragments of manuscripts from Lyon's cathedral library (https://fragmentarium.ms/view/page/F-u6r6/337/4942)